ANGELOMUS LUXOVIENSIS
Salzburg, St. Peter, um 850/859 Seite 25v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



uirgultum agri ante quam orirentur in terra om
nemq; herbam regionis prius quam germinaret.
Quomodo herba et uirentia agri antequam exorirentur
condita sunt. et si non erat exorta quomodo erant
sexta? Nisi quod causaliter et originaliter tunc
condita sunt; quando dictum est. producat terra
herbam uirentem; Tunc eam constat producendi
accepisse uirtutem; et in ea uirtute tamquam in ra
dicibus, ut ita dixerim, temporum facta erant que
tempora erant origenda. Et bene ait omne uir
gultum agri et rl̄q; ut celeritatem operis dī insinua
ret. id ē. antequam aliqui fructus ex terra crescen
do orirentur. aut germinarent, repente omnes
campi et colles herbis erant, et arboribus cooperti;
" v. 5. Non enim pluerat dn̄s ds̄ super terram et homo non erat
" qui operaretur terram. Cur de homine qui iam
sexta die factus fuerat hoc recapitulatur? Nisi
quia quando fecit ds̄ omne uirgultum agri, nondum plue
" v. 6 rat, et nondum homo factus erat? Sed fons ascendebat
" e terra et terra in rigans uniuersam superficiem terrae. Hic
merito quaeritur si fons irrigabat extensa cam
porum, superficiemque uniuersam terrarum, cacumina
montium non irrigabat? Et si iuga ac cacumina